



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Cætera ex patribus argumenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

Quod si naturam, quidquam esse aliud determinatum, connexumque cum peccato à Deo in homine coadunatum, eive inditum, vel quomodolibet datum, eius bonitati Patrum sententia repugnat: præfinitæ prædeterminationis actionem pravam, ut à nobis, seu materiale peccati, quod, & in se malum est, & ad formalem malitiam determinatum ipseque inseparabiliter, & necessitabiliter connexum eidem bonitati Dei eorum sententia repugnat; nec verum vniuersum esse omnia quæ homini data inditque à Deo bona sunt, bona absolute esse. Nec illi doctrinæ obest illud Ecclesiast. 1. *Cognoui quod malum distractionem dedit Deus filiis hominum*; occurrit enim Nyssen, ubi proxime eolum, 2. ubi ait liberum arbitrium, cuius motu distractio sit mala, bonum quidem à Deo datum esse, non distractionem malam hominibus: *Qui dum eo abusi sunt homines, peccati sui in hominibus instrumentum*; & subinferius, non quod ipse malum vita hominum indiderit; sed quod bonum, quæ à Deo data sunt, homo propter inopiam consilij reseruit, tanquam malorum administratorem. Adde in hanc sententiam Iulianum, quæst. 1. ad gent. vers. 5. & quæst. 46. Nyssen, homil. 8. in Ecclesiast. med. & sub fin. atque alibi sæpe Chrysostomus, ad Roman. 3. serm. 6. fin. litteræ, & 1. Corinth. 9. homil. 22. initio moral. Epiphanius, hæret. 66. post epistolam Marcelli pag. 3. Damascenus, Dialog. contr. Manich. maxime pag. 6. Theodoret. 5. epitom. diuinor. decretor. cap. 10. ante med. Augustinus, 12. de ciuit. cap. 6. à med. cap. 8. de duabus anim. cap. 14. 1. contr. Iulian. cap. 3. & lib. 4. aduers. Iulian. cap. 3. sub finem 1. de grat. Christi, cap. 18. & 19. 1. contr. aduers. leg. & Prophetar. cap. 22. lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 36. & 37. Hieronymus ad Mich. 7. *Non potest arbor mala bonos fructus facere*. Prudentius in Hamartigen. qui non in natura solum, & voluntate sed ex passionibus animi, aliisque etiam extrinsecis determinationem ad prauæ agendum antecedenter determinatam abesse debere, ut bona absolute sint, Deumque proinde bonum, causam, & autorem habere possint, omnino statuunt. Et tandem ex hac Patrum sententia rogo præfinitores: vtrum vius prauus arbitrij nostri est, quem tantopere nobis Patres exprobrant vicioque vertunt, si naturam indit nobis sine nobis adeo prædeterminationis & præfinitionis sua prouenientis in prauis actionibus, sequamur inuiti: imo sponte, datæque à nobis, & arbitrio nostro libero opera, ei obsequamur? Etenim rei abusus, nemine dubitante, est vltus rei contra eius naturam, & id, ad quod de se apta illa, nature est.

¶ Nonum argumentum leges, & præcepta cum naturalia, tum politica, tum diuina, tum humana, quæ sunt Patres, Scriptura, & Concilia clamant, præfinitionibus ad materiale peccati, siue actiones, quas prohibent, aut omissiones actionum, quas præcipiunt, prout ea cauantur, & corrumpunt: ut ostendebamus quæst. 2. Adde nunc: tamen omnia, quam Dei in bonum suasiones, & à malo dehortamenta, quandoque minus, & grauius à Deo terribiliter, cum verbo, tum facto sæpe inculcis, legis, & præceptorum bonitatem suasionem consistentiam euerit: atque (ut cum præfinitione materialis peccati ea posse compari admittimus) hostem verisipilem nihilominus & atrocissimum ex eis præfinitionibus Deum demonstrat: id quod nec viuidius, nec luculentius, quam Augustini nostri verbis Apolog. pro scientia media, in Tullio cap. 5. §. 2. quæ sic habent. [Sexto non omittam qualem Deum nobis sculpat iste faber: omni circulatori fallaciorem, omni Tyranno crudeliorem: impellerem vna manu, retraherem alia: impediens occultam voluntatem, quod appetit exigit; prædestinatum, ut ea fiat, quæ implicat fieri, nisi fiant ea, quæ prohibet; & quæ, ut fierent, decreuerat, flammis persequens: summè enim quocumque volens modo, malum Angeli actum, materialiter, formaliter, specificatiuè, reduplicatiuè: sume, in me etiam, quod est in tali actu prædestinitum à Deo: sume etiam, quod est ab eodem prohibitum: & ediffere nobis & qua ratione fieri possit, id, quod est prædestinitum, quin fiat id, quod est prohibitum? Et quia hoc præstare non potest, vide cuius Dei sit illa species, qui dicit Angelo. Nolo, ut illum actum elicias; & si eliceris, æterna damnatio te manet; apud te vero dicit: volo ut illum actum elicias libere, atque in illis circumstantiis, in quibus implicat non esse damnabilem: & hoc efficaciter, Volo, & infallibiliter, & omnipotente voluntate, cui nolo, ut resistat voluntas Angeli. Venite, inquit ad peccatores, omnes, qui laboratis, &c. apud se vero dicit, nolo, ut veniant, & insuperabili decreto impedire statuo, ne veniant: negata videlicet ad veniendum necessaria motione; immola vero ad manendum in infidelitate sua, & quis in faciem non resistat isti Deo dicenti, perditio tua ex te, ex me autem tantummodo auxilium tuum? quid? non est ab eo prædestinitus actus, quo perditus sum? & illa prædestinitio auxilium facit ad non cadendum, ut iactare possit iste Deus: ex me autem tantummodo auxilium tuum? Sed quam instantiam habet demon, ut conuincat dicentem, se nihil odisse eorum, quæ fecit: illum videlicet amabat hic Deus, cum prædestinaret actum, quem sciebat nexu indissolubili cum eius damnatione colligatum? in tentatorem verò malorum, cur se esse gloriatur, qui non suadendo tantum, non præcipiendo, non rogando sed nihil tale cogitantem, & tanquam in æquilibrio constitutum impellendo, virtute insuperabili mouet ad actum quem sciat esse non posse, nisi sacrilegum? & non liceat hic exclamare: O Christiani vestram fidem?

¶ Sed esto: nec lex, & præcepta omnia eiusmodi p. æfinitione euascent, nec fraudulenter, & maligne persistant. Inferitur vnde ex Patrum doctrina nullum esse, imò neque esse posse rationalis creaturæ peccatum: imò adulteria homicidia, fornicationem, infidelitatem, desperationem, Dei que odium esse virtutes actusque perfectissimos. Probat illatio: implicat actionem conformem omni ad seriem Dei voluntatis esse peccatum; imò implicat non esse exactissimum virtutis exercitium? atque, si enumeratæ actiones, ac reliquæ nostræ prauæ, quantumvisque turpissimæ, præfinitur à Deo necessario sunt conformes omnino seriei; imò, & efficaci Dei voluntati: ergo implicat nostras prauas actiones esse peccatum: imò & non esse virtutes exactissimas. Maior est dogma Catholicum, quod euasione illa, voluntatis Dei præcipientis, & absolute adhuc, & efficaciter volentis, eludi non potest, ut vidimus quæst. 2. cert. 1. num. 9. & quidem, & si cum voluntate efficaci Dei præfinitis hic & nunc ut actionem præceptam omittamus, vel opponamus prohibitam, scilicet, quod satis voluntatis diuinæ est, ut lex, & præceptum verum subsistat: aut præceptum Dei voluntas inefficax, ex parte adhuc ipsius Dei est, & velleitas, quæque, ad stantem Dei voluntate efficaci de opposito legi, & præcepto, ut voluntatis Dei nomen absolute præ alia non meretur, nec, qui præfinitiva efficaci, si posset, sprete alteram exequeretur voluntati Dei obsequi diceretur, ut mille exemplis subditi, & superioris humani demonstrare promptum cuique est. Contra verò, qui non attenta lege, præcepto voluntati seriei, atque efficaci Dei de opposito in sua se prorsus operatione accommodaret, omnino ad Dei voluntatem operari conformis diceretur. Minor probatur. Quia præfinitio materialis peccati nostri est voluntas efficaci Dei, ut hic, & nunc actionem pravam, v.g. homicidium, ex parte nostra faciamus, in quo materiale peccati per aduersarios (per me autem formale ipsum) consistit: at huic voluntati efficaci Dei necessario, & omnino conformes sunt, quin ab ea, vel larum vnguem discrepent, discrepare prauæ nostræ actiones vel earum aliquæ possint: ergo prauæ nostræ actiones conformes necessario, & exactissime sunt seriei, atque efficaci voluntati Dei. Consequentia vero argumenti est inrefragabilis, & legitima. Argumentum hoc vnde ex Patrum doctrina, quod doctrinæ Patrum Conciliorum, & Ecclesiæ totius dogmati, & principio innititur, contra eiusmodi voluntates efficaces Dei, & præfinitiones materialis peccati seu prauarum

actionum, ut à nobis fiant, efformatum à Patribus iam pridem contra Ethnicos & p̄sicos hæreticos fuit.

6. Clemens Alex. IV. Strom. med. Nam è duobus alterum (inferitur) aut bonum quid, & honestum erit persecutio (Iudæorum, & Tyrannorum in Christum) propter Dei voluntatem, aut erunt insentes qui affligunt. Nylsen. orat. Cathol. cap. 5. sub fin. Nullus mali erit initium duxit ex Dei voluntate: re enim vera nulli reprehensione affine esset vitium, &c. de vita Moysis vers. med. de passionibus, & actibus ignominiosis, & turpibus, quibus Ethnici Philosophi traditi à Deo ab Apostolo dicuntur, & contumaci voluntate Pharaonis ex Dei voluntate non esse sed ex sola permissione probat. Nam si Dei voluntate, & impulsu ita fieret, nec turpitudinis, & vituperationis hæ passionem appellarentur, nec ulla esset inter virtutem, & vitium differentia. Tertullian. exhort. ad castit. cap. 2. sub init. alias cap. 1. sub fin. Exensabitur omne delictum, si continuerimus nihil fieri à nobis sine Dei voluntate: & ibi diffinitio istam distractionem totius disciplina, etiam Dei, si, & qua non vult de sua voluntate producit, aut nihil est, quod Deus non vult. Secum quippe, & cum sua voluntate, & bonitate pugnavit. August. 3. de libero arbitrio cap. 16. [Quod si tribuere volueris conditori (malitiæ originem de qua ibi, & cap. 17.) peccantem purgabis, qui nihil præter sui conditoris institutum, propositum, & voluntatem commisit, qui, si recte defenditur, non peccavit. Non est ergo quod tribus conditori.] Prosper art. 4. ex falso impoſitis Augustino siue ad obiect. 4. ex Vincentianis: [Insanum est dicere voluntatem Dei ex Dei voluntate non fieri, & damnatorem diaboli, eiusque famulorum velle, ut diabolo seruiatur. Cæteris clarius Anselmus Dial. de libero arbitrio cap. 8. [Nulla est iusta voluntas, nisi, quæ vult, quod Deus vult eam velle: Inferiucule: servare rectitudinem voluntatis est omni servanti, velle, quod Deus vult, cum velle: ergo, si Deus hanc rectitudinem tollit ab aliquo, non vult eum velle, quod vult eum velle: igitur est impossibile Deum rectitudinem voluntatis auferre.] Ecce voluntatis nostræ prauæ conformitas cum Dei voluntate, si eius voluntatis nostræ admittatur præfinitio: unde nec mala esse poterit, sed bona nostræ actio: Hinc S. Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 3. corp. docet eum, qui vult, quod Deus vult, ut velit, illud laudabiliter velle [quia conformatur voluntati diuinæ,] & Medina 1. 2. quæst. 79. art. 2. inde infer: [ergo est implicatio contradictionis, quod Deus moueat contra virtutem:] atque oppositum sacris literis non consonare dixerat. Et Sotus de natura, & grat. cap. 17. [Si Deus vult me hoc facere, hoc est conforme regulæ suæ; si autem ita est, non est peccatum.] Adde Arausican. 2. can. 23. [suam voluntatem homines faciunt, non Dei quando illa agunt, quæ Deo displicent.] Et inter errores Ioann. de Murcia Patistis damnatos hæc est propositio: [quicumque peccat conformatur voluntatem suam voluntati beneplaciti Dei: sic, quod ille vult, sicut Deus vult eum velle.] Ecce item voluntatum diuinarum pugnam, & contradictionem, ob quæ eiusmodi actionem nostram amari à Deo repugnat. Ne verò dicas hæc de voluntate diuina erga formale esse intelligenda, non erga materiale peccati: aduerte primò: horum p̄terque de materiali peccati, siue actionibus prauis ipsis expressa esse: alia de peccati origine, quod materiale peccati, & actiones ipsæ, prout à nobis, exerce nequeunt, quantumvis eas excorretes. Secundo quia voluntati Dei præceptum, quæ actionum ipsarum, non autem malitiæ est, actiones ipsæ, quare, & voluntas Dei præfinit, ut à nobis fiant, contradicunt. Terrio de Terræ Sanctæ habitatoribus: [Quos exhortuisti, quoniam odibilia tibi opera faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscum hominum, & deuoratores sanguinis.]

7. Cui rationi vnum adde appendiculum & Dau.

dem, dum Psalm. 141. [doce me facere voluntatem tuam:] atque alibi sæpe precabatur, & Christianos omnes, cum ex Christi institutione orant: [sua voluntas tua, sicut in celo & in terra:] non hominibus adulterii infidelitatem minus, quam fidei, iustitiæ & temperantiæ actiones sibi à Deo reposcere. Rursum hanc fidelium orationem cum sequenti, & no nos inducas in tentationem aperte pugnare: cum nihil quod nos in malum possit inducere, ac deducere posita necessaria præfinitione materialis peccati permancere queat. Pone enim diaboli suggestionem, & immisionem in cor Iudæ, ut Dominum proderet: pone item demonem, ut expresse, & formali odio Deum oderimus, nos vehementissime, & virgenter inligantem, quæ pessimæ, grauissimæque tentationes, atque horridissimæ sunt: porro, si odium Dei nos, aut prodicionem Magistrum Iudas, nisi Deo præfinitur, atque efficaciter volente de se, suoque arbitrio, solum, ut eas actiones Iudas, nosque eliciamus elicere non possumus, id tandem totis suis artibus diabolus suggerit, ad idque solum nos inligat, ut ea operemur, quæ sint prorsus voluntati absolute, atque efficaci Dei conformia: ubi ergo ad malum diaboli tentatio: ubi eius in nos odium, atque æternæ nostræ perditionis anxius amor, ardensque desiderium: cum tandem studia eius in nos omnia tendant, ut Dei voluntatem exactissime, atque obsequenter erqueamur? Aliud ne animorum zelo flagrantis spirituales, & perfectissimi viri nobis, & verbis, & exemplo fudent, atque indultis suis sanctis procurant? Faciant ergo nostræ in demonem immeritum, imò vero de nobis optimè meritum, quærela, atque creationes. Alterum etiam rationis, seu absurdum modico appendiculum absurdum contra præfinitiones à materiale peccati subneſto Catholico Scripturæ Patrum, & totius Ecclesiæ Catholice dogmati altius contra dicens, & aduerſum. Nempe æquam omnibus rationalibus creaturis, non solum iustis, & Sanctis, quas obinde colimus, piæque veneramus, sed eis etiam quas reputamus impias, & nequissimas (v. g. sceleratissimo Iudæ sanctique Petro, & Baptista) multatiam, sanctitatem, & perfectionem.] Hoc de sanctis & iustis solum inter se comparatis asserere impium, hæreticumque foret, cum in Ecclesia, tam impium, hæreticumque stella à stella claritate distat, quam triumphante stella à stella claritate distat. Alit de nefariis perditissimisque hominibus aduersus sanctissimorum quorumque virorum admittens, extra censuram quidem erit, sed quia infamum & grauissimæ Theologicæ censuræ pene immensum & blasphemiam prætergreditur: deducunt vero est à Clement. Alexand. quem num. 6. ex lib. de vita Moysis recitamus. Absurdi verò huius illatio probatur: cum enim iustitia sanctitas, & perfectio creaturarum actionum nostrarum ex conformitate illarum, cum voluntate diuina (prima scilicet iustitiæ, rectitudinis, & sanctitatis totius regula) metienda, æstimandaque omnino sit. Vbi repugnet actionem vnā voluntati diuinæ absolute tali, & vnā alteri excedere, in iustitia, sanctitate, & perfectione repugnabit: atqui posita necessitate præfinitionis diuinæ ad materiale peccati, siue, ut prauæ actiones à nobis fiant, implicat actiones eiusmodi, neque entitative, siue, quod instantiam, siue, quod modum, siue, quod extensionem, siue quod extensionem, in aliquo quantum minutulo, & indiuisibili discrepare à voluntate diuina, absolute tali, & efficaci, minime conferentia, quam actus charitatis Diui Petri, aut quod horribilissimum est) humanitatis Christi Domini: ergo implicat aliquam quantumvis prauam, & nequissimam, atque scelestissimam actionem in iustitia sanctitate, & perfectione morali intrinseca excedi ab actionibus quantumvis perfectis sanctissimi cuiusque, & perfectissimi viri, etiam Christi Domini, qua hominis. Dicitur in perfectione, & sanctitate morali intrinseca actionis: ut euasione, & recursum ad excellendum degnitatis operantis Christi Domini, qua hominis, ratione vitionis hypochritice præcluderem.

8. Duo argumenta, minime languida, numero proximo

Disp. II. Quæst. III. Certam. IV. 601

ex principio argumenti vndecimi dedimus. Iam decimum quartum in introitu (permisso adhuc, quod & peccata, & tentationes, & meritum, ac demeritorum inæqualitas posita præfinitione ad materiale peccati persistenter) ex Patrum etiam doctrina, & à Patribus efformatum. Nempe Deum iniuste in hominibus prava opera punire, si ea ab ipsis fieri prædeterminatiue præfinit. Hac spectat Clem. Rom. 3. cognovit pag. 4. hæc ex Apostolo Petro recitans: [quomodo ergo Deus iudicat vnumquemque secundum veritatem pro actibus suis, si agere aliquid in potestate non habuit; sed, & iudices sæculi fructu legibus præfunt, & puniunt,] &c. item Nemesius recitatus cert. 1. num. 2. *quæ est ista libertas ubi hoc solum datur velle, quod puniunt, adiunctis quæ sequuntur inferius. Non erit iusta retributio, quæ per supplicia refertur necessitate à iudice inducta peccantibus; & Tertullianus recitatus num. 1. [Neque enim potest fieri, ut sit initiator, aut artifex vilius mali operis, qui nomen sibi perfecti vindicat, & Parentis, & iudicis. Maxime cum omnis mali operis, & vindixit sit, & iudex] ubi ex tribus rationibus huic, de iustitia iudicij, & supplicij Dei ob opera prava, præcipue insitit, & Fulgentius recitatus n. 7. ex 1. ad Monim, cap. 26. illis verbis: [vassus autem iuxta nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inveniretur homo habere peccatum: quia, nec Deus inferret itam, si homo ex prædeterminatione Dei cecidisset in culpam.] Et Prosper recitatus num. 8. circa fin. *in iustis puniunt, quod, ut fiat, impellit*, quo nihil infans cogitaret esse aut. Porro iniustitia huius duplex (ratio statim rationis luminis præterit: etenim, qui id, quod in aliquo legis transgressore puniendum non iniuste, seu contra iustitiam, sed ex iustitia est, debet esse voluntaria, liberaque, imò ad tam dira supplicia in inferno infligenda, perfecte delibata legis transgressio: a qui præfinitio prædeterminativa abolet peccantem in præfinitæ actionis prohibita elicientia libertatem, ut rota d. 1. ostendimus: ergo & in supplicio ob illam abolet Dei iustitiam. Hæc ratio præcisa continetur postremis Nemesii verbis, & illis Augustini quæst. 1. 5. ex utroque testamento contra fatales Mathematicos eolum. 9. [quid enim, tam iniquum, quam, ut iniquus credatur, qui negatur aliud potuisse facere quam fecit:] inferius: [sed est, inquit, fatum vnicuique præstans, quia morte moriatur: quod, si ita est, non est accusandus homicida: nam, & duplici genere se defendit: quia, & ipse satis agentibus hoc fecit, & ille agentibus satis occisus est,] 11. de Genes. ad lit. cap. 7. *Aliquis, si necessitate peccasset, neque potuisset non peccare, iniusta foret sententia punientis, cap. 11.* (Neque hic libere oblati mihi scrutandi sunt; vnde discerem nec minem vituperatione, supplicioque dignum, qui aut vellet, quod iustitia velle non prohibet, aut id non faciat quod facere non potest. Nonne illi cantant in montibus pastores, & in Theatris Poetæ, & in docti in circulis, & Magistri in scholis, & Antistes in sacris locis, & in orbem terrarum genus humanum.] Theodoret. 5. prouid. sub fin. [Neque Deus, cum sit optimus, ac iustissimus ab his penas exigeret, qui ex legem vitam viuere adamarunt, si adacti necessitate aliqua deliquissent:] consonat ad Rom. 8. in ea verba: *quos autem prædestinavit & 5. epistolam, diuino decerit, cap. 10. Cyrill. Hierosolym. Catechesi 4. tit. de statu hom. Si necessitate scortareris, cuius gratia Deus gehennam parasset:* Chrysost. hom. 22. in Genes. col. 2. [Nonne manifestum est, sua quemvis voluntate, vel malitiam, vel virtutem eligere? Nam, nisi ita esset, & naturæ nostræ prauitas iniusta esset, neque illos punire, neque istos virtutum retributiones recipere oportebat.] Hieronymo 2. aduers. Iovinian. *Vbi necessitas est: nec damnatio, nec corona est.* Epiphani. hæres. 16. post med. [Si iudicium est, & reuera minas nobis instentur sunt, & qui malum fecerint penas dant: legem esse iustam confitemur: quando propterea, quod possit peccare, & non peccare, ab alio peccatorum supplicia iudicatur; alius vero laudem referat recte factorum.] Marcus Eremita de Baptismo longe à med. [Si peccata non pendunt à nostra voluntate, sed à Tyrannide Satanae, & à reliquiis peccati per Adam contracti, quamobrem nos accusamus à scriptura, qui nolentes vexamur à peccato, à Satana Tyrannice tractamur? nonne immensio puniuntur?] Oportet Milevit. 7. aduers. Parmeni. sub*

init. *voluntas habet penam, necessitas veniam;* siue, ut melius Chrysost. hom. 60. in Matth. col. 2. *Nam hi omnes, nisi sponte delinquant, non punitione, sed miseratione digni sunt:* Eunod. Ticensi. apud Turian. nostrum lib. 4. pro Epist. Pontificis cap. 2. sub finem. *Non erit iusta retributio, quæ, aut per supplicia refertur necessitate peccantibus, aut bonam mercedem offert, ad quod trahuntur iniusti.* Boët. 5. Consol. prola 6. fine: *quæ cum ita sint:* (nempe Dei præscientia, & prouidentia nostris actionibus necessitatem non imponi) *manet intemerata mortalibus arbitrij libertas: neque leges solutus omni necessitate voluntatibus inique premiis, parafque proponunt:* quæ scilicet alias inique proponerent. Prudentius 2. aduersus Symachum sect. 3. de genis canit. [Nemo nocens, si fata regunt, quod viuunt, ac sic: Imò nocens, quicumque volens, quod non licet, audent. Alterum, quia velle suum est, nec facta reatum imponunt homini; sed sit reus ipse suo arbitrio: placitumque nefas, & facta rependit. Impia supplicij merito, non sorte, peremptus.] Tradit & Aristot. 3. Ethic. cap. 5. & veritas huius Patresfamilias, legislatores, iudicesque omnes testes aduocat: ubi S. Th. lect. 11. post med. & 12. à principio.

9. Atque hæc iniustitiæ ratio ex in capacitate demeriti in operibus necessario, & absque vlu libero arbitrij, & voluntatis suæ cuius euementibus, euidentissima, lumineque naturali indita humano generi est, ut aiebat August. vndeque ea necessitas operanti contingat: si autem à iudice, & legiflatore ea subditis contra legem operandi (vti à Deo nostri omnium legiflatore, Principe, iudiceque supremo, iuxta hocce prouenit materialis peccati præfinitores) necessitas proueniat, alia grauior longe fœdior, immaniorque iniustitiæ ratio in peccatoris supplicij Deo nefarie affligitur, à Patribus etiam eisdem efformata scilicet, Deum ex voluntatis malignitate, cordisque inaudita (adhuc apud homines perditissimos, & atrocissimos) crudelitatem, in immeritos prolixius anticipato alio, & leges iniustitiae ut transgredierentur: & transgressionem eis immisisse, ut haberet, quod in ipsis puniret, & immanem sui cordis crudelitatem eorum interitu; & tormentis ut satiare non posset, solaretur. Hoc argumentum pressit Nemesius recitatus, qu. 3. cert. 2. num. 2. illis verbis: *certe à rectis discordat affectus*, (id est maligni affectus est: hilpanc de mala entraña) *qui à subiectis exigat quod in potestate non tribuit*, quid autem si præfinitione non solum in potestate non tribuat, sed, ei quod à subdito exigit, tribuat oppositum? & Tertull. ibidem num. 1. recitatus verbis proximo num. repetitis, [Nec enim potest fieri, ut sit initiator, aut artifex vilius mali operis, qui nomen sibi perfecti vindicat, & Parentis, & iudicis. Maxime, cum omnis mali operis, & vindixit sit, & iudex,] & 2. aduers. Marcionem cap. 9. fine *libertas arbitrij non ei culpam suam refert, à quo data est*, (nempe Deo) *sed à quo non, ut debuit administrata est: neque enim idem habendus est delicti auctor, qui inuenitur interdictor, imò, & condemnator.* Augustin. citata quæst. 1. 5. init, contra fatales Ethnicos expressus sic rationem instruit, [qui lege data cogit homines contra id, quod nati sunt facere, sciens non posse mutare naturam; ad hoc vtrique legem dedisse videtur ut haberet occasionem, quæ crudelitatem suam de nece hominis satiet, ut quid enim prohibet, quod scit auertere non posse? aut quemadmodum damnat hominem, qui non fecit, quod facere non potuit,] &c. col. 9. [Si à Deo sunt fata, lex non erit ex Deo: quia hoc non solum Deo, sed nec prudenti conuenit id damnare quod fecisset quoniam nemo vquam contra legem ausus est dicere, vel à Deo hanc esse negare fata à Deo dici esse non poterunt: quia ista Deus punit per legem: quando enim damnatur, quod sit impellentibus fati, sine dubio fata damnantur.] Mura *fati & naturæ*, seu naturalis, & minime impediibilis ab homine inclinationis ad opus malum in præfinitionis diuina vocem (quam fatum esse doctiores ex fatalibus volebant) atque prædeterminationis ab eo irresistibiliter ad ipsum opus, & idem argumenti vtriusque Augustiniani robur inuenies, Damascen. dialog. cont. Manich. [quam ratione, cum animam malo dederit eos postea condemnare, queat, qui malo se in seruitutem addixerint? dictum enim sunt, tu ipse nos tradidisti; sic omne iudicium iustitiam est.] Fulgent. 1. ad Monim. c. 23. [Hanc malum voluntatem, si non

dum peccanti homini tribuit ipse (quod absit) auctor iniquitatis exitit, qui malam voluntatem dedit homini bono, per quam peccans mereretur aeterno puniri supplicio: & cap. 26. [Nec Deus inferret iram, si homo ex praedestinatione Dei cecidisset in culpam.] cap. 22. [Neque iustitia diceretur, si puniendum reum non inuenisset, sed fecisse dicitur:] & eo cap. 26. sub fin. [quando autem peccanti sermo iram iustus Dominus intulisset, si ex Domini praedestinatione peccasset?] idem c. 13. ac saepius in Dei iudiciis sic distinguit in iustis (iustis) opera sua glorificat, in iustis (impiis) opera non sua condemnat, ut iniusticia, & malignitatis in horum damnatione calumniam à Deo propulset: inde Prosper ex eo, quod Deus puniat satis ostendit putat auctorem delicti, & actionis pravae esse non posse, ex utriusque affectus repugnantia: ita enim ait respons. 10. ad obiectiones Vincent. *Adulteria, & corruptelas non instituit novit Sancta divinitas, sed damnare: neque disponere, sed punire, & ad caput Gallor. respon. 12. iniuste punit, quod, ut sit impellit: Chrysost. hom. 60. in Matth. [Non fecit quippe Deus talem peccatorem: non enim paenis afflixisset, si talem ipsum fecisset. Nam, si nullius nos rei, cum ipsi causa sumus, seruos nostros, & veras criminamus: multo minus creator omnium criminaretur.] Quod argumentum fufius persequitur Euseb. 6. praeparat. Euang. c. 6. ver. fin. haec ex Oenomai. verbis scriptis. supposita necessitate agendi prave à Iobe per fatales gentiles: [Cur enim Iupiter, huius necessitatem agendi nos, ac seipsum non punit? ipse enim necessitatem agendi nobis imposuit: cur ergo nos plectimur, qui huic Ieri resistere nullo modo possumus?] Similia ex eadem fati suppositione scripsit cap. 2. fine.*

10. Haec in cuiusvis pravae operationis à quovis patrandae praedeterminatae praefinitione urgentissima sunt: verum in actionis pravae ab homine iusto, qua à iustitia decidat eliciendae praefinitione divina longe adhuc maior iniustitia atque infidelitas luendaque Dei malignitas appareret, ut oblerant Prosper ad caput Gallor. respon. 12. *Si Deus hominem sibi obedientem à pietate decurbat, & bene currentem cadere facit: ergo retribuit mala pro bonis.* Fulgent. 1. ad Monim. recitatis nuper ex cap. 22. fine subnectens: *Maiores vero erit iniustitia, si lapsa retribuit poenam, quem stantem praedestinasse dicitur ad ruinam: quo etiam spectavit Tertullian. num. 9. recitatus ubi Patris nomen, quod Deo respectu iustorum specialiter convenit, memoravit, ut inde initiatorum illum, aut Arriem malorum operum esse cogitari minime posse monstraret. etenim praeter iniustitias monstratas debito parentis in filios adoptivos per suam adoptionis gratiam, non solum deficeret: sed omnino aduerfaretur, nouercae in illos odium exercens ex alto nimirum in praecipitum, & barathrum illos sua praefinitione praedeterminata irresistibiliter agens, & impellens qui ergo Christus Dominus suadebit sententiam illam suam. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester caelestis dabit spiritum bonum petentibus se? quoniam iustus, non iustorum solum, sed peccantium quorumque querelis satisfacit: an distinctione illa futili, & haereticis familiari de praefinitione, & praedeterminatione eorum à Deo ad materiale, ac non ad formale peccati: sed nil praestabit: cum ultra materialis appositionem, nulla sit in formalis appositione, neque Deo, neque homini libertas, potestatis illud non apponendi: quare, qui eos ad materiale impulit, egitque irresistibiliter. praefinitione sua Deus, quem formalis eo posito incutit ab impulsionem ad materiale, ac subinde in barathrum impulit: idcirco Patres recitati, dum his argumentis, & reliquis supra factis truntur, ex impulsionem ad materiale, & opera, actiones, affectiones, concupiscentias, voluntatesque malas cuiusmodi efformant argumenta, & quidem malorum damnationem ob actiones, vel omissiones ipsas esse constitutum quia in eis prima legis, quae actiones, vel omissiones has prohibet, vel praecipit solum (*diligas v. g. Dominum. Non fornicaberis nō sumaberis*) contrarietas, & transgressio inuenitur. Secundo Marc. 10. 23. 24. 16. 1. Corint. 3. Eccles. 14. & 35. Luc. 9. Ioan. 12. quibus, & pluribus aliis ob opera, amorem inordinatum, & actus damnandi homines dicuntur: item delictorum voluptatum, & gaudij actibus, sane pravis, capitis magnitudinem tormentorum*

mensurandam esse dicitur. Apocal. 18. Luc. 6. circa med. Baruc. 4. (sub fin. Porro caetera, quae ex praefinitione materialis peccati inferuntur absurda, contra Patrum doctrinam alias in Ecclesia statutas persequi immensum esset: haecenus clariora, & viuidiora sumus persecuti, missis pluribus quae praecise libertatem ad peccandum necessitatem tangunt.

CERTAMEN V.

Oppositiones ex Patribus enervantur.

1. Obicere primò Caluinus & Beza Augustinum c. 100. Enchirid. dicentem. [Propterea namque magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, ut mirò, & ineffabili modo, non fiat praeter eius voluntatem: quod etiam contra eius sit voluntatem: quia non fieret, si non fineret. Nec vique volens finem, sed volens: nec fineret bonus fieri mala, nisi omnipotens, etiam de malo, facere posset bene:] quae autem praeter Dei voluntatem non sunt, intra eam vique, quare, & eo volente sunt: ergo, non sola permissione Dei actiones pravae sunt. Caeterum cum contra eius voluntatem fieri peccata Augustinus illas dicat expresse, illud non praeter eius voluntatem, positum eius, quatenus ex ipso est voluntatem efficacem, ut fiat abique contradictione significare non potest: quod autem non finat volens, sed volens permittendi, seu permissionis suae positum dicit voluntatem, non verò actionum ipsarum à nobis: idque satis est, ut praeter eius voluntatem, sive eo absolute nolente non fiant, & inuito: siquidem vult non impedire aut non vult absolute (sciens volensque) cum impedire posset. Aliam rationem quoque praeter Dei voluntatem positam actiones nostras, etiam si pravae non sunt immediate praemiserat his verbis: *Tam sapienter exquisita in omnes voluntates eius* [ut, cum Angelus, & humana creatura peccasset, id est non quod ille, sed quod voluit, ipse fecisset, etiam per eandem creaturam voluntatem, qua factum est, quod creator noluit, implectet ipse, quod voluit: bene utens, & malis, quos praedestinavit ad gratiam deorum salutem, quos praedestinavit ad peccatum quantum enim ad ipsos pertinet, quod Deus voluit, fecerunt, quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere voluerunt: hoc quippe ipso, quod contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsi facta est voluntas Dei.] verba quantum enim ad ipsos, non significant Dei voluntatem, quatenus ex ipso est, absolute talem à malis fieri, ut constat ex verbis sequentibus. *Hoc quippe ipso, quod contra voluntatem Dei fecerunt:* est igitur factus Deus, est, quantum ex se est efficacia non omnimoda, sufficienti, tamen, & serio velle salutem, & rectam hominum, & Angelorum vitam, ac nolle pravae actiones, & perditionem ipsorum. Caeterum velle simul paratum, & damnationem eorum, quam suis legibus committunt, non tamen absolute sed conditionate si peccentque voluntas in peccata absolute voluntatem transire nullatenus potest, nisi ex parte sua homines, vel Angeli actiones prohibitas, vel praecipitum omissiones pro suo arbitrio, & arbitrio apponant: quare, cum contra absolutam illam, quantum ex parte Dei est sufficienter efficacem, se gerunt, quantum ad ipsos pertinet, voluntatem Dei conditionatam fecerunt nempe conditionis praefinitionem, per absolutam transgressionem & delicti positionem, quae tota poenae ipsos erat, ac fuit, idque facere voluerunt, cum delinquebant, quantum verò ad imputationem Dei pertinet, in suppliciorum, & poenae pro se delictis inflictione, nullo modo id efficere voluerunt: vellent enim quantum ex ipsis est impunes peccare, etiam diuinæ illius potentiae, & voluntatis nequeant evadere supplicia: quare ut bene Augustinus concludit. *Hoc quippe ipso, quod contra voluntatem Dei fecerunt de ipsi facta est voluntas Dei*, nimirum conditionata illa de ipsorum poenis, si transgredierentur, & peccarent, cuius conditionem ipsi purificarent, cum absolute delinquerent, conditionem ipsi purificarent, cum absolute delinquerent, quae in absolutam fecerunt transire. Atque haec tenet huius germana elatiorque commentatio est illa (est eadem)